

suppedientur ea lege, ut in monasterio aliquo collocentur, est licitus ingressus seruatis praedictis conditionibus. Et ita docentes dicentes sic declarasse Congregationem Cardinalium, Thomas Zerola, & Azor num. 60. allegari. Idem iuris etiam est de puellis, quae delectant ex Xenodochiis, & aliis publicis locis gratia pietatis extrahuntur, donec idonea eas in matrimonium collandi se offerat occasio. Sic dicentes ita declarasse Cardinales, Azor ibidem, & Manuel quest. regular. tomo 1. q. 46. art. 10. in octaua Cardinalium declaratione. Atque idem refert Azor declarasse Cardinales de iis, qui parentibus, & propinquis defitute, parentem congrua ad nubendum dote. Sed Manuel eodem art. 10. in 9. declaratione refert verba Cardinalium, que continent admissas esse tolerandas seruatis praedictis conditionibus at in posterum nullas tales esse admittendas. Idem refert Azor declarasse Cardinales de viduis bona fane, que honestatis causa in monasterium se abdere capiunt. Sed Manuel eodem art. 10. declaratione 10. refert, eos tantum declarasse receptas esse retinendas, dummodo predictas conditions obseruantur in posterum nullas admittendas. Atque in declaratione 1. refert cum Antonio Cuco libro 3. institutionum maiorum. t. 2. num. 12. & Thom. Zerola in praxi Episcopali. in 2. edit. p. 1. verbo moniales, ad 8. questionum, vers. 2. Cardinales declarare, non licere Episcopo dare licentiam ingressus viduam operantem in monasterio esse vique ad vite finem cum habitu seculari, ut vitam quietius transfigens anime sua saluti consulat. Idem refert Azor, & Manuel eodem art. 10. in declaratione 13. declarare de muliere nupta ad monasterium confugienti timore vita suspicantis eam esse adulteram, potest enim recipi. Sed idem Manuel ibi in declaratione 14. & Thomas Zerola eadem verbo moniales, ad 1. questionem, refert eisdem Cardinales item declarare, mulieres, quae in discordia sunt cum marito, & eius levitatem timent, ac culpa parent, posse si iam recepte sint, detineri seruatis dictis conditionibus: at in posterum eas non debere recipi. Tandem Nauarus lib. 4. consil. in 2. editione. tit. de divorciis. consil. 5. num. 2. dicit lice inter coniuges ob viri seueritatem duranti posse uxorem intra monasterium recipi, dum lis componitur, & ad concordiam reducatur. Et additio ibi in fin. art. Congregationem Cardinalium tradidisse quandam formam in hoc feruandam: quam Thomas Zerola in questione 2.1. afflavit se videlicet, & contineat conditions, quas numero 61. certulimus seruandas à puellis causa educationis in monasterium ingredientibus.

Decimoquarto deducitur, quid dicendum de admis-
sione secularium famularum in monasteria monialium,
ut in officiis culinae, & aliis seruantes monasterio. Ma-
nuel quest. regular. tomo 1. quest. 46. art. 7. an. dicit sibi esse certissimum, licet haec ancillas habere in monasteriis, que sola clausura legi communii atringuntur ex praecipe iurisdictionis, dummodo foras non exeat: & posse latè disputat, quid dicendum in monasteriis Sanctæ Clare, & aliis, quae strictiorem clausuram seruant. Et concludit non licere eis famulas habere, si moniales conuersas (vulgè legas) & non choro deputatas habent, que illis ministeriis vacent; & seculi sibi careant. Quia choro deputatas oportet his domesticis officiis non impediti, vt altioribus chori ministeriis vacent; & tempore nouitatis vltra chorum vacant canunt, & instituto monasterio addicendo. Insper, quia sapientia delicatesse, nec his officiis assuetæ: & ea durissimum esset, ea onere horum officiorum gravari. Et art. 8. disputat, an pro peculiari monialis infirmitate obsequio licet famulam introducere; & responder, quando monasterium famulas secularem habet, id abique dubio esse verum: nam si pro sanarum obsequio id licet, à fortiori pro obsequio infirmæ. At si monasterium sit Sanctæ Clare, & sic distinguendum; si ex malitia, & charitatis monialium defectu oritur, ut non satis illi moniali infirmita mini-

stretur, non licet famulæ introducere, sed superioris erit moniales ad id compellere: securi si ex aliorum ini-
potentia id proueniat. Et art. 9. tractat, an licet pecu-
liam moniali, eo quod carteris sit illustrior, habere fa-
mulariam seculariem intra monasterij claustra, & respon-
det, in monasterio Sanctæ Clare id non licere: at in
alii id licitus esse, attenta huius præ carteris nobilita-
tis extrahentis, donec idonea eas in matrimonium collo-
candi se offerat occasio. Sic dicentes ita declarasse Car-
dinale, Azor ibidem, & Manuel quest. regular. tomo 1. q. 46.
art. 10. in octaua Cardinalium declaratione. Atque idem refert Azor declarasse Cardinales de iis, qui pa-
rentibus, & propinquis defitute, parentem congrua ad
nubendum dote. Sed Manuel eodem art. 10. in 9. declara-
tione refert verba Cardinalium, que continent ad-
missas esse tolerandas seruatis praedictis conditionibus
at in posterum nullas tales esse admittendas. Idem refert

Sed breuiter dico, licitus est pro totius monasterij obsequio has famulas secularem habere, quoties non effent conuersæ profesiæ pro iis ministeriis conuentus. Quod probat ratio num. preceed. adducta, securi vbi ei-
fent quia runc nulla concurrat necessitas. At pro priu-
ta moniali ministerio id in nullo conuentu tam faci-
le admitterem, nisi quando speciali ratio magna nobilitatis persone, aut æqua valeritudinis, aut nimis fene-
cieris causam præberet, nec satis ei necessitati per mo-
nasterij famulas, aut conuersas consuli potest. Nec dis-
tinguo, an ex aliarum malitia, aut absque illa id oratur.
Quamvis enim ex malitia prouent, si superior non
potest commode eas cogere, aut si coacte male ministri-
abunt, iusta est habere famulae causa. Quare nimis stricte loquutus est. Llamas in methodo curationis, in ap-
pendice, quam ponit in fine, in §. 11. fin. vbi exigit calum
quasi extrema necessitas.

Vtrem dederunt, non esse iustam huius ingressus caufam, ut superior det illius licentiam, ut mater profes-
sionis filia adsit, aut eam mori proximam iuusat.
Quia hoc non est necessitas moralis, immo sapientia
orientem maiori tristitia præsens matris affectus; & ita
deterunt dicentes ita declarasse Cardinales, Cucus lib. 5.
inst. maior. t. 2. num. 12. & Manuel quest. regular. tomo 1.
q. 46. art. 11. An vero si iusta causa admittere in hospiti-
tium moniale in aliud monasterium transeuntem, aut
iuste extra claustrum existentem, diximus num. 9. & 10.
De causis autem specialiter petitis in regula Sanctæ Clare ad ingressum in monasteria illius, confundunt
sunt collector priuilegiorum Mendicantium, verbo in-
gressus monasteriorum monialium, Corduba in addit. & Ma-
nuel quest. regular. tomo 1. q. 47. art. 4. que ad 9.

Tandem difficultas est, an ingredientes monasteria 68
monialium ex legitima licentia, teneant finito negotio
exitus, quod probant rationes omnes, quibus cap. prece-
dict. num. 60. & 61. probauimus monialem egressum
ex legitima licentia, teneri causa egressus finita redire
in monasterium. Hæc tradidit collector priuilegiorum
Mendicantium, verbo ingressus monasteriorum monialium,
notabilis 1. ad finem, vers. ultra omnia supradicta. Manuel
quest. regular. tomo 1. q. 47. art. 11.

Cum tamen hoc sit præceptum monachorum, non mer-
itum, sed mortali modo incingendum est: nam in ali-
quantum demoretur circumuersis officinas ex aliqua
curiositate, excusatur; sic collector, & Manuel allegati-
num, preceed. Et quamvis collector loquatur de excusatione à peccato mortalitatem Manuel videtur etiam lo-
qui de excusatione à peccato veniali, & recte quidem.
Quia cum id præceptum moraliter intelligatur, nec venialiter in ipsum delinquitur, si mors illa brevis
sit. Limitat ivergue nisi corrupta adit intentio; tunc
enim peccabitur; & addit collector incurri quoque cœ-
furas. Sed hunc peccare manifestum est ratione corrup-
tæ illius intentionis. At existimo eum non peccare
contra præceptum hoc clausura: quia cum legitima li-
centia ingressus est, & finito negotio nulla fuit moralis
mors, ad quod solum præceptum hoc obligatissimo li-
cet diutius est et mors, & corrupta quidem intentione,
existimo eum ab his censuris liberum esse: sicut cap.
preceed.

qui admittunt scilicet ingredientes, liget solo ingredientes vir-
tute facultatum antea concessarum, & referunt duplex sen-
tentiæ. n. 77. & 78.
Explicatio sententia authoris. n. 79.
An habentes dictas facultates, nec illis innixi ingredientur, in-
currant, & illos admittentes. n. 80.
An admittentes non virutem facultatum, incurvant alienum ex-
communicationem. n. 81.
Quid si ingredientur ex ignorantia culpabili, & ex eadem ad-
mittentes. n. 82.
An excommunicatio priuatus officiorum, & inhabilitas ad ille-
la, que statuuntur contra facientes, & permitentes ingredientur
virutem facultatum, sibi reservata, & quid possit Episcopus.
aut superiores religiosi circa illa, sine occultâ, sine publica
sint. n. 83.
An non sibi superiores, sed etiam alijs religiosi priuati permis-
tentis ingressum, incurvant has penas. n. 84.
Quid intelligatur nomine conuentus, dum in motu proprio
conuentus confessores ingressi subiciuntur illis penas? nu-
mero 85.
An consultores non congregantur nomine conuentus assidentes
incurvant has penas. n. 86.
Quid intelligatur per illam actionem, ingredi faciant, vel per-
mittant. n. 87.
An facientes, aut permitentes ingredi faminas, comprehen-
dantur his penas? proponuntur probantia partem negan-
tem. n. 88.
Explicatio sententia authoris, & an sub masculino includatur
femininum in legib[us]. n. 89.
Quas penas incurvant, qui cum licentia superioris potestis il-
lare ex causis urgentibus, ingreduntur extra causas
urgentibus, vel si eis necessitas cessarit, in monialium mona-
steria, vel quando licentia non ex iusta causa est concessa, at
tempore ingressus fuit iusta causa. n. 90.

An Abbas, & incurvant penas latas, & que sint illæ in mo-
nasteriis admittentes habentes licentiam ingredienti, quando
extra causas necessitatis ingreduntur, & an nomine monialis
veniat Abbas, & nomine monachus Abbas, & quid si in-
gressus non sit virtute aliquis licens, vel admisso non sit
virtute illius. n. 91.

An Prelati concedentes facultatem ingressus in monialium Ca-
nobia, circa causam iusta, aut admittentes eos, qui sic in-
gressum incurvant aliquam censuram. n. 92.

Quia moniales dicuntur admittere, ut incurvant, an sat sit non
impedit, an quicunque concu[m] possumus. n. 93.

An moniales mandamus, aut consulentes ingressum incurvant
n. 94.

Quid de monialibus, que cum persona iam ingressa confabu-
lantur, aut illam comitantur. n. 95.

An incurvant moniales ex ignorantia, aut obliuione admis-
tent. n. 96.

Quid si bona fide admittant, ut abscondant. n. 97.

Quas penas incurvant Prelati regulares, aut secularis in-
redientes Canobia monialium sibi subdita præter causas
necessitatis, & an illæ sint reservatae, & quis in eis difensor
n. 98.

An Prelati secularis caretes dignitate Pontificis eas in-
curvant. n. 99.

Ei quid quando soli, aut non comitati personis habentibus con-
ditiones penitentia ingreduntur. n. 100.

An Prelati Pontificis dignitate prediti incurvant excom-
municationem pro tertio, & ultioribus ingressibus. n. 101.

An Prelati regulares pro hic quoque solis penas incurvant.
n. 102.

An incurvant omnes haec penas, & censure, quando delictum
ingressus aut admissionis est occultum. n. 103.

An sint aliae excommunicationes antiquæ late contra ingre-
dientes peculiaria monasteria. n. 104.

Quæstio quarta. Quas censuras, penasque
contrahant ingredientes extra causas licitos in mona-
steria monialium, & cuius sit ab eis absoluere. Præmis-
tendum

25. de regular. cap. 5. Secunda est. Personæ cuiuscumque status, & conditionis sint, etiam si sint comites, marchiones, aut duces, que ingredi audet monialium necessitatis, & ex superioris licentia in scriptis obiecta. At absolutionem eius non referuauit, nec penas statuit monialibus admittentibus aliter ingressos. At Gregorius XIII. in motu proprio edito anno 1575. Iibus lunij, qui incipit; *Vbi gratis*, que num. precedenti retulimus. Tertia. In eodem motu proprio omnibus Abbatis, Abbatis, conuenientibus, ac aliis monasteriorum viri, que fexus superioribus, & personis, quocumque nomine vocentur, imponitur eadem excommunicationis pena, & priuationis dignitatem, beneficiorum, & officiorum suorum, & inhabilitatis ad illa, & alia in posterum obtinenda, si in monasteria sua ingredi faciant, vel permittant quenquam praetextu huiusmodi licentiarum, & facultatum. Quarta. In eodem motu proprio imponuntur eadem penæ excommunicationis, & inhabilitatis, & priuationis beneficiorum its, qui ex facultate Episcopi, vel superiorum, quorum est illam concedere, ingrediuntur absque necessitatibus urgentibus, & monialibus, que eos alter admittere præsumunt. Quinta. In alio motu proprio Gregorii XIII. incipiunt; *Dubius*, que emergunt, cuis verba num. precedenti retulimus, statuit in personas pontificali dignitate prædictas, quibus regimen monasterij monialium quo modo incumbit, si in illa præterquam in casibus necessariis ingrediantur, ut prima vice sint Ecclesiæ ingressu interdicti secunda vice, vt sint à munere pontificali, & à diuinis suffici, atque deinceps sint ipso facto excommunicati. Si autem sint regulares Prelati, quibus regimen monasteriorum monialium quo modo incumbit, si ea præterquam in casibus necessariis, tantum ex decreto Consilij Tridentini facultas tribuitur, monasteria ipsa monialium pro libito, sed necessitatibus urgentibus dantaxi ingrediente moniales sub eisdem penæ, illos alter admittere præsumant. Atque alium motum proprium ediderat Pius V. anno 1565. qui incipit; *Regularium personarum*, vbi varias statuit penas in mulieres prætextu similium facultatum ingredients in virorum monasteria, cuius verba hic omitti retere: quia in illo non est sermo de ingressu in monialium monasteria, de quo agimus in praet. sed de ingressu in monasteria virorum, de quo cap. sequenti est agendum. Et tandem Gregorius XIII. edidit alium motum proprium anno 1581. die 23. Decembris, qui incipit; *Dubius*, que emergunt, in quo alias penas statuit in superiores illicite ingredients in monasteria monialium, hi verbis. *Declaramus Prelatos omnes tam seculares quam regulares, quibus cura, & regimen monialium monialium quo modo incumbit, facultate sibi ex officio attributa ingrediendi monasteria prædicta, ita deum vi posse, si faciat in casibus necessariis, & a paucis, iisque senioribus, ac religiosis personis comitari. Quocirca viri, & singulis Episcopis, fini majori, ac etiam Cardinalatus dignitate prædictos, nec non quorundam ordinum Abbates, Priori, ministros, & alios quo cumque superiores regulares, serio monimus, ut facultas huiusmodi, que cam habent, præterquam in casibus (et prefatur) necessariis, nequam vivant. Quod si contra fecerint, statuimus, quia pontificalis dignitatis fuerint, pro prima vice, que contraria fecerint, Ecclesia ingressu interdictos: pro secunda, a munere pontificali, & a diuinis sufficiis, ac deinceps ipso facto ab ea declaratione excommunicatione existere; regulares vero omni officio, ac ministerio priuatæ excommunicationi similiter subiaceant.*

72. Ex quibus textibus confat varia perlonarum genera variis penis affici. Prima pena est. Quocumque persona ingredients absque licentia superioris in scriptis obiecta in monasteria monialium, incurrit ipso facto excommunicationem, qua habetur in Tridentino. seq.

municationem statuit, explicit Tridentinum necessitatem cause iusta: nam verbum, *licetitia*, non libertam voluntatem, sed prudentia arbitrio consonam importat, ut docent optimè Bartolus Latio, num. 8. ff. de alimentis, & cibariorum legatis. Anchiaranus cap. finali. num. 10. de testamentis, in 6. Menochius alios referens lib. 1. de arbitriis. quest. 8. num. 45. & 49. Matienzo lib. 5. recopilationi. iii. 4. l. 14. glossa 1. num. 14. Idque satis aperte indicavit Tridentinum, dum eam literatum in scriptis exigit, ut non nisi maturiori consilio premisso concederetur. Præterea, quia Tridentinum initio eius decreti dicit se innovare decretum cap. *periculoso*, in principio, de statu facultatum, in 6. vbi ad hunc ingressum rationabilis, & manifesta causa petebatur, sumul cum superioris licentia. Quare excommunicatione Tridentini cadit super ingrediendum absque licentia circa villam causam manifestam & rationabilem concepta. Potest autem declarari Tridentinum, qua dicatur causa rationabilis. Tandem, quando hic excularetur ab excommunicatione, quis ibi non referatur, non liber evaderet, quia absque dubio incurrit aliam Pontifici referuantur, vt dicimus n. 90. Intime si tempore ecclæsis adfuit causa iusta, at tempore ingressus cessarat, incurrit hec excommunicatione, vt in simili dicimus co. num. 90. Quando autem tempore concessione nulla erat causa, at aderat tempore ingressus, an incurrit hec excommunicatione, dicimus co. num. 90.

74. Secunda difficultas est circa eandem Tridentini excommunicationem, an eam incurrit famina, que absque villa superioris licentia monasterium ingreditur, anima habitus regularis assumunt, & proficiunt? Et quidem, moraliter loquendo, nunquam hanc incurrit existimando: quia communiter bona fide, ac zelo religionis ducta, timenque ne ingressus à consanguinitate impeditur, id efficit. Quod si tamen ex natura rei hunc ingressum consideremus, seclusa bona fide excusat, existimo hunc ingressum subiaceare illi excommunicationi, quia ad eam vitandum ultra caufam iustum desideratur licentia superioris, qua in hoc casu deficit.

75. Tertia difficultas est, quando ingressus est modicus, an incurrit hec excommunicatione, & reliqui omnes penas contra illicite ingredients? sed de hoc egimus num. 68. & quid quando quispiam licite ingressus est, at finito negotio, ibi intra claustrum immoratus est sed de hoc egimus num. 69.

76. Quarta difficultas est circa penam secundam relata nu. 72. contentam in motu proprio Gregorii XIII. qui incipit; *Vbi gratis*, contra ingredients monasteria monialium virtute facultatum vique tunc concessarum, ea ex communicatione comprehendat ingredients virtute licentia ab Episcopo concessa ante hunc motum proprium? Et videtur pars negans inde probari, quia loquitur is motus proprius de licentia concessa à Pontificibus, coram legatis, in quibus Episcopi numerum comprehenduntur. Præterea, quia paulo inferiorum in eodem motu proprio excommunicatione ingredients ex licentia Episcopi, vel alterius legitimis superioris, præter casus necessarios concessa, cum tamen in priori parte excommunicatis ingredients virtute licentia, etiam in casibus necessariis concessaruntur. Ergo si dicamus in priori parte loquuntur de licentia Episcoporum, ac inferiorum Prelatorum, fatuus eset contradictionis. Sed existimo incurri. Ducor, quia in priori parte de quorundam superiorum licentia loquutus est, ut constat ex illis verbis, *an à predecessoribus nostris, quim etiam à nobis, & à Sedis Apostolica legatis, aut aliis*. Vbi per illam dictiōnem (*adū*) indefinite positam comprehenduntur quicunque alii superiores, quorum est licentiam concedere, quia alter ea particula elicit superflua. Nec obstat ratio contraria, quia in priori parte loquitur Pontifex de licentia à quicunque plecta tunc ex quavis urgentissima causa concessis, quas

Posterior sententia ait, solos ingredients, & admittentes prætextu facultatum, comprehendunt in iis motibus propriis. Dicunt primi, quia expressis verbis vterque Pontifex de iis solis loquutus est, qui prætextu licentiarum, tenet idem Grafis i. p. decisionum. lib. 4. c. 2.

centiarum ingrediuntur, aut admittunt: & Pius V. in prefatione sui motus proprij explesè rationem illius decreti reddit, quod mulieres praetextu harum licentiarum ingredi audabant, non cum modico religiose obseruantia detrimento. Secundò, quia non authentice constat, Pium V. & Gregorium XIII. declarasse, suam mentem fuisse comprehendere qualcumque ingredientes aut admittentes. Tertiò, quia cum decreta sunt valde rigida, & grauissimas penas continentia, non sunt extendenda ad casum in his non comprehendentium. Nam nec ex rationis identitate extensionem legis penalis faciendam probauimus lib. 10. de matrimonio. disp. 4. num. 3. & ultra. Doctores ibi allegatos, tener. Manuel gg. regular. tomo 1. quæst. 47. art. 1. fin. eo vel maximè non militare, eadem in virorum causa ratio, quia multo audacieores sunt ad ingressum innixa aliquibus ingrediendi facultibus, & ideo penitus apollis carum audaciam comprimi oportuit, ut testatur Pius V. proceruio sui motus proprii, atque in excommunicationis materia id constat: nam Clemens. vni. de consanguin. & affin. excommunicant contrahentes matrimonio contra solemnem castitatem votum; & tamen, quia textus non universaliter loquitur, sed excommunicat moniales professas cucurcumque rubentes, & accipientes illas in uxores, & viros professos, aut in sacris constitutos ineunes matrimonium, communissima sententia docet (ut probauimus lib. 7. de matrimonio. disp. 4. num. 3.) illam censuram euadere feminas seculares rubentes professas, quia etsi eadem transgressionis voti solemnis ratio, in eis concurrat, ut textus de eis non loquitur. Nec obstat, hec decretu sibi in anime favorem, quia quamvis ea sit ratio aliquantula extensionis decretorum penaliarum, non tam est luctuosa, ut ad casum omnino diversum protractatur. Tandem, quia non est nouum minora delicta aliquibus penis in iure subiici, ob aliquam speciale rationem in eis concurrentem, ut hic contingit propter maiorem ingrediendi audaciam, que reperitur in habentibus eas facultates; & sic cessant omnes rationes contrariae. Et ideo hanc sententiam sustinente Suarez tomo 5. in p. disp. 22. fol. 6. num. 11. & tripliciter sequenti. Thomas Zerola in preci Episcopali. in 2. edit. p. 1. verbo moniales, ad 8. quæsum. Philiacus de officio Sacerdotis. t. 1. p. 1. lib. 3. cap. 30. ad finem. Sayro de confessio. lib. 3. cap. 31. num. 10. Manuel quæst. regular. tomo 2. quæst. 47. art. 1. & vers. obserua etiam quid moniales, & quæ ad fin. & q. 48. art. 2. vbi in fin. dicit se contrarium tenuisse in loco, quem ex ipso allegamus num. preceed. Quod eos motus proprii ibi explicuerit, prout sunt recepti in sua religione regula obseruantiae, in qua fuit habita declaratio auctentia.

79. Et hæc posterior sententia magis mili placet, loquendo de motu proprio Grægorij XIII. quo penas affectat qualcumque personas ingredientes monasteria monialium, aut feminas in virorum monasteria, & personas regulares, que sic ingredientes admittunt: loquitur enim de foliis ingrediens virtute facultatum illis vñque runc concellarum, & de admittentibus sic ingredientes. At loquendo de motu proprio Pij V. quo folias feminas penas affect, que ingredientur monasteria virorum, aut ingredientes admittunt (quem toto cap. sequenti explicabimus) dicendum est, eum intelligi de feminis etiam non ingrediens virtute illarum facultatum, & de admittentibus illas. Ratio dicitur istatis est, quia Pius V. hanc suam mentem declarauit in quadam motu proprio, qui incipit; Romanum Pontificem, quem edidit anno 1570. die 16. Iulij, quem ad verbum referit Confessus in priuilegiis ordinis mendicantium, inter literas Apostolicas, fol. 179. vbi explicita suum priuilegium proprium, sic ait. Authoritate Apostolica tenore præsentium dicimus. & declaramus suisse, & esse mentem, & intentionem nostram, quod dicta litera non solum comprehendenter, & comprehendendi mulieres habentes, & pra-

Nec in has penas motus proprij Gregoriani incur-

rent ingredientes virtute predictarum facultatum ex ignorantia quantcumque culpabilis, & crafa huic decreti imponentes has penas, nisi adeo crafa sit, ut reputetur temeritas ingens. Duxit ex verbis eius motus proprij ibi; ne ipsorum licentiarum praetextu monasteria huiusmodi quoniam modo ingredi audirentur. At verbū (audire) temeritatem petit, adeo ut sola ignorantia tanta crafa, ut possit dici ingens temeritas, sufficiat, ut dicatur audacia ad penas audentibus statutas contrahendas, ut probauimus lib. 9. de matrimonio. disp. 32. num. 17. tunc lib. 3. 6. & 39. At ea audacia, aut prælumprio non petitur in facientibus ingredi, aut id permittebitur virtute predictarum facultatum, ut confat ex illis verbis ibi; Abbatissis vero, ne non Abbatibus, conuenibus, & aliis monasteriorum viriisque sexus superioribus, & perfidis, quocumque nomine vocentur, distripi precium sub eadem excommunicationis pena, ac priuationis dignitatem, beneficiorum suorum, ac inhabilitatem ad illas, & alias in posterum obtinenda, ne in monasterio, domo, & loca sua quemquam praetextu huiusmodi licentiarum, & facultatum ingredi faciat, vel permittatur. Quare Prelatos, & Prelatas huiusmodi facientes ingredi, aut permittentes non excusat quidem ignorantia crafa; at bene excusat, quamvis vincibilis, & culpabilis sit, modò non sit crafa, & supina, quia quando in excommunicatione non petitur scientia, audacia, & prælumprio, excusat ab illa ignorantia vincibilis iuri excommunicationis imponentis, non autem quando est crafa, & supina, ut probauimus lib. 9. de matrimonio. disp. 32. num. 31. vbi num. 32. explicuit, quando dicatur crafa, & supina.

Atque hæc excommunicatione lata in facientes, aut permittentes ingredi, est Pontifici reseruata, quia præmitterat Pontifici excommunicationem sibi referuamus in ingredientes virtute predictarum facultatum: cùm ergo prior excommunicatione sit reseruata, erit quoque hec. Et si dicat Confessus de priuilegiis Mendicantium. tit. 2. cap. 6. ad finem, & cap. 9. num. 3. & Suarez 5. tomo in 3. p. disp. 22. fol. 6. num. 14. & Llamas suprà. §. 12. statim in principio. Addit Confessus eodem cap. 9. num. 3. reseruari quoque Pontifici inhabilitatem, & priuationem officiorum statuta in eo motu proprio. Verum si loquatur de refectione illius motus proprii, id non approbo, quia foliam excommunicatione reseruari; si autem dicat reseruari Pontifici, quia nullus inferior posse in his penis dispensare, quid sit in hoc tenendum diximus cap. preceed. num. 78. & 78. Vtrum vero ab excommunicatione illius reseruari, si occulta sit, possit Episcopus absoluere virtute Tridentini, aut confessarius virtute Bullæ, aut religiosi virtute suorum priuilegiorum, diximus etiam cap. preceed. num. 76. vbi etiam num. 64. & 65. explicuimus, ex agitatu sententia Iudicis ad hanc priuationem officiorum, & inhabilitatem ad illa, & ibi num. 66. explicuimus, quid nomine officiorum intellegatur.

84. Sed maior difficultas est, que personæ facientes, aut permittentes ingressum, incurvant hanc excommunicationem, ac denenciorum, & officiorum priuationem, & inhabilitatem ad illa: nam in verbis motus proprij Gregoriani relatis suprà, he penæ imponuntur Abbatissis, Abbatibus, conuenibus, ac aliis monasteriorum viriisque sexus superioribus, & statim subduntur. & verba, & personæ quocumque nomine vocentur. Vbi difficietas est, an nomine harum personarum comprehendantur religiosi viriisque sexus, an foli superiores; quippe non folos superiores comprehendunt, tatis indicant ex verba, & alijs personæ. &c. Quis alter superfluerent, cum iam ille motus proprius expressus superiores viriisque sexus: & ita tenet Llamas dicto §. 12. statim in principio, & verba circa quoniam in diuinum in fine. Sed existimus, folos superiores monasteriorum viriisque sexus sub eis penitis comprehendunt, non autem religiosos alios viriisque sexus ingredi facientes, aut permittentes. Duxit primò, quia idem motus proprius paulo inf-

Summa To. Sanchez pars III.

V suis

Liber VI. Caput XVI.

suis consultoribus, vel cum aliis priuatis religiosis trahet superior de his ingressus permissione, Prelatus absque dubio his penit ligabitur, quia motus proprius in his penit expressam de Prelatis mentionem facit. At consultores, & alios credo tunc non ligari, quia de his mentionem non facit, sed de conuentibus: at tunc nullum est conuentus delictum, nec conuentus nomine suffragium praefert.

87. Quod si roges, quid per illam actionem ad has personas requisitas, nempce, ingredi faciant, aut permittant, intelligatur. Breueri respondeo, intelligi quacumque actionem positiuam, vt iubendo, confundendo, intronitendo; vel negatiuam, vt non prohibendo, qua Prelati i sunt causa huius ingressus. Quia cum ex officio teneantur prohibere, idque commode possint, vt supponimus, consentent non prohibendo indirecta huius ingressus causa: & ideo iure optimo eorum permisso his penit plectur.

88. Demum circa has penas id dubium superest, an ligentur permittentes, aut facientes ingredi feminas virtute predicatorum facultatum in monasteria viorum, aut mulierum. Asnam dubitando prebent verba motus proprii Gregoriani; ne in monasteria sua quam praelexu huiusmodi licentiarum ingredi faciant, vel permittant. Vbi cum in genere masculino dixerit, quam de solo permissione ingressus viorum videtur intelligi, quippe in decretis penitibus, & odiis, sub masculino non comprehendunt femininum, vt alios referens Decius regul. femin. num. 114. f. de regulis iuris. Et amplius id confirmatur, quia in codem motu proprio Gregorii XIII. volens comprehendere superiores vtriusque sexus, id expressit his verbis: *Abbas, si vero, necnon Abbas, conuenibus, ac aliis monasteriorum viri usque sexus superioribus.* Vbi cum illa dictio, superioribus, sit generis communis masculino, & feminino, & sic illo solo verbo vtriusque sexum comprehendendi manifestum est, addidit, *superioribus viri usque sexus,* nec satis se dixisse existimatur, premittendo, *Abbas, si, necnon Abbas,* vbi expressus vterque sexus erat. Cum ergo postea loquens de personis ingrediens, solo genere masculino vls sit, videtur apertum, non comprehendit feminas.

